


Cap. 76



1. von Hutten / Ulrich / fud / schuldigung
dass er solte wider alle
grüßenschaft seyn.
2. Dialogus Zwiſchen einem
grüßigen und Schultheißen
3. Parquillus Marranus. Gul,
4. Argumentum Epistole Canonici
indocti Lutherani, Wittenberge

3

*Huber v. Burck,
Kant de vita q. 1. II.
p. 302*

**¶ PASQVILLVS MARRANVS EXVL
LECTORI SALVTEM.**

**¶ Vidisti sepiuscule lector labores nostros, quibz
hactenus contra corruptos nostri æui mores
sudanimus, Nūc cognosce quid in nouos
illos Theologistas adultores, ausi
fuimus. Quidue Marforio nro
auspice obtinuerimus a Pont.
Ro. versa pagella que
sunt offens
det.**

TV LEGE ET PROBABIS.

¶ CONTINENTVR.

- A Epistola Pasquil. Ro. ad Marforiū Romanū.
B Responsio Marforij Ro. ad Pasquil.
C Supplicatio nō minus lepida q̄ necessaria.
Eiusdem Pasq. ad S. D. N. Papam.
D Decretū Papę, super supplica, Pasquilli.
E Epistola Marforij Ro. ad Germanię principes
Auguste, Cęsareis Comitijis collectos.

¶ PASQ VILLVS MARRANVS EX VL
ROMANVS MARFORIO RO. QVONDAM
COLLEGAE SVO, SALVTEM.

Satis te credo Marfori ex Ciro cōmuni amico nō intellexisse, quare dulce patrię nřę solū relinquens, exul factus, in Hispanias primū, deinde in varias nationes oberrauerim, verū, vbi non bene audieris causas mei discessus, breuiter repeto, Q, scz duodenarius Cardinaliū numerus, minima etiam sacerdotia deglubentiū, in immensum excreuerit, crescatq; indies. Et q; pro ædificatio templi diui Petri totus fere christianus orbis indulgentiarum mulso exhaustus est. Tertio q; dulcissima illa & gratissima Pontifici triginta Cardinalium creatio, ex qua quingenta ducatorū milia conflata sunt, Franciscū Vrbinatē e sede ducali propulerit, Et demū anatarum frequentia, cōtra Turcas primū excogitata, iam vero in propriū lucrum versa, me item exulem coegit, prout de singulis latius Ciro nō exposui. Verū nō minus video te seuerissimū huiusmodi Romanensiū traditiuncularū censorem, quod vel Epistola tua ad Germanię principes nuper in Augustensi conuentu, collectos, edita, facile probat. O q; fidus es Marfori, germanicę nationis persuasor. Edidit in lucem & Cirus noster eiusdē gentis grauamina, Opusculū scitu dignū, sed oīm quę huc pertinent vnicū scopū, strennuissimus ille, sębriū satyricus, exporrecta fronte attingit, Ita vt pene nihil sit, ab eo nō salubriter taxatū, spero subinde his nostris exhortatiōib. omīa in pristinū statū successura. Accedit q; & nuper Carolus Rex oīm potentissimus, totius huius summę seueriss. vindex ex Hispanijs in Germaniam concesserit, cū quo & ego transfretauī, I s vna cū fortissimis etiā principib. (ni fallor) has in christiano agro pestes eradicabit, omniaq; subuertet, aut in melius reformabit, Nam curiosus alioquin ego, multa ex aulicis demulceo, cōpertūq; habeo omēs id votis expetere, vt christianus refloreat amor, catholicacq; nō Ro. tantū crescat Ecclesia. Sic facile Marfori cōi dolori nostro ac Reipub. christianę cōsuletur, Verū o cęlū, o terra, quantū theologastri nostri, ne id fiat resistūt, inexplebili & excecate eorū auaritię metuentes, Hoc palam ē omnib. quot Tragedias mouerint Tacellanę prauitatis inquinatores, quot tandem & Magiri nostri, eiusdem farine professores, Insurgūt nunc Minoristę, omniū minimi, ouili tegmine apparentes, ac



maximi primiq; triumphatores fieri cupientes, valde his con-
doleo cū ipsi sibi, nō vocati, cornua erigant, Estimo tñ nō cōl
eorū voto, Ainfeldensem ita ainfeldialiter, vel secūdū docto-
rem subtilem, quo melius capias, also ainfeltig, rem attrigisse,
sic nec ceteros qui euangelicis tubis mare minantur magnū, &
nescio quot execrationes. O Christe, quot ex tuis ouiculis tuo
p̄ciososanguine redēptis in hoc pelago suffocatę sunt, Quas
& si bis octuaginta ducatorū milia, subdola mendicitate cōfla-
rent, non possent recuperare, Duos galeros vel etiā scđm fori
competentiā, cōparare possent. His iterū venenis Marfori suc-
currere volens, supplicationem ad. S. D. N. Papam edidi, qui
horū caput est, quantū ipsi volūt. In reliquis etiā hunc in mare
magnū proñciūt, vt dignetur, S. sanctitas, huic theologistarū,
& maxime garrulis sophistis (qui ea q̄ Euangelij sunt, p̄ eorū
libidine torquere, penitusq; euertere nituntur) errori mederi,
quā tibi, his n̄ris literis inclusam, transmitto, Hanc quo citius
poteris signandā (vt moris est) p̄sentare velis, ac desuper Pon-
sententiā petere, Quā vel ex hoc vno (me iudice) facile obti-
nebis, q̄ Florentini fere omnes Gallicas iam causas, & quidem
magno concilio tractent, maxime vbi vtrisq; periculū immi-
nere prospiciant. de sacris literis alias minimū quid cogitan-
tes. Fac ergo diligens sollicitator, item & procurator in re tã
seria, & quid effeceris quā totius rescribe, Nam Tacellani Ru-
bei ac grisei Ainfeldiani eorūq; pallidi suggillatores, egre finē
expectant, Vale, Cirū & vadiscum viros vt integros, sic mihi
amicissimos verbis meis, saluos exopta. Antuerpię penultima
Mensis Iunij. Anno. M. D. XX,

MARFORIVS ROMANVS PASQ VILLO
MARRANO CLASSICO SVO
SALVTEM.

Perlegi tuas literas iucūdiſſ. Pasquille, quib. breuiter multa
perstringis, placet ergo vt & breuiter respondeā, cū a condita
vsq; vrbe (quod pauci norunt) nedū eiusdem, verū & totius
orbis, morū, censors dati simus, vnde & pedibus & manib.
pestiferę huic Tirannidi, quo iam vt video, Christiana scetet
relligio, resistamus, imprimis curauī, Nam mox visis (vt aiūt)
literis tuis supplicationē tuā, cuiusdam theutonico Pont. came-
rario secreto extra muros, tradidi. Is pollicitus ē (vt multa etiā

ardua pròmittit) sua auctoritate eodem momento, manu Pō-
tificis subsignatā restituere. At Siluester Palatij Mgr̄, & nescio
quis alius olim a littore legatus in mediū p̄siluere, Superuenit
& ex Germanis, egregius quidam dissipator, disputator dicere
volui, Hunc Magistri nostri Itali Orlandū, Almanī Rholan-
dū ob stentoreā eius vocem appellant. Hic librū de primatu
Petri, alter suarū confutationū, vel potius cōfusionū Epitho-
men, manu portabat, hī vna Lutheri causam, coram Pont:
& Cardinalib. tractarunt, vt nedū signaturę supplicationum,
verū & Bullarū expeditiones, aliquot diebus suspensę sint,
quousq; genuina industriā vsus, mox aliud remediū inueni,
Nā magistrū Viues Pontificis medicū, hominē alias liberalissi-
mū & perfacitū audiui, quia Hispanus est, & vt operam suam
ob veterē nr̄am familiaritatē porrigeret, petij. Qui mox rei fa-
uens, supplicatiōis signaturā obtinuit, obtinuit autē (per fiat vt
petiit) quod solius (vt nosti) pontificis est, Extorsit & decretū,
vel si dici possit, sn̄iam diffinitiuā, qua Pont: sole clarius, the-
ologosa theolecticis, & Barbaros illos perditores, heu predi-
catores longe a veris euangelicę veritatis adsertorib⁹ discernit
quā & tibi submitto, Sic ars deluditur arte, Videat nūc bonus
ille Pharmacopola, quid malagma suum parturierit, Vale mī
Pasquille, & Affenfeldiū a tergo saluta. Romę ex monte Auen-
tino. XXVIII. Iulij. Anno. M, D, XX.

TENOR SUPPLICATIONIS PASQ VILLIANAE.

Beatissime pater, vt animarū saluti, christianę religioni, ac
cōmuni oīm commodo, rectius succurri valeat, dignetur san-
ctitas vestra prouidere, ne hī qui persuasionē non minus ins-
ulsa, q̄ falsa, doctrinę sibi nomen induerūt, theologicoq; no-
mine gloriari solent, diutius simplicem seducāt populū, ne ue-
tam spurcę ac corruptę, sanctissimę theologię maiestātē dehinc
prophanare, ac illi notas inurere audeant. Cū nō solū mori-
bus viuant peruersis, sed & oīm disciplinarū penitus sint ex-
pertes. Imprimis itaq; ad summā aspiraturi Theologiā, Grā-
maticā discant, ne cū artificib. manualibus inepte ac corrupte
loqui (vti faciūt) assuescant, Inde summopere necesse videt̄,
Rhetoricę amplectantur p̄cepta, vt diuinū declamatori ver-
bū, nō tam confuse, turbide, ac illepide, deblacterent, sed pro-
suis frigidis nugis & dialecticis inuolucris, populo christiano
verba veritatis aperire addiscant.



Deinde si lubet, quibus necessarium non sit, logicen discant ac dialecticam, verum sincere & non deprauate, modus tamen ac rebus his statuatur, ne inepta capita totius vite tempus inutilibus consumant strophis.

Super omnia vero latini sermonis discant venustatem, ut & veteres theologos legendo intelligere, & propriam barbariem scribendo & loquendo explorare valeant.

His demum adminiculis Theologie limen humiliter salutare & reuerenter ingredi audeant, ne omnes pariter ceco errantes tramite, ita ignorantie inuoluantur caligine, ut nullus alio plus sapere, seu rectius quid intelligere valeant.

Prouideantur vero enixe, ne dialectica, logica, & gentiliu sophistarum ineptie cum sacris confundantur literis, vel celestia dei instituta, ad Aristotelis humana redigantur precepta, quoniam nullum consortium Christi & Belial.

Abnegent igitur Theologie candidati confestim sub initium contentiosum hoc studiorum genus, ne uti fieri consuevit, hac rixandi consuetudine seipso bene in cunctis sentire conuincant, cum tamen omnia ignoret, & totius vite tempore, nil aliud etiam summis laboribus, quam nihil scire, didicere.

Et quoniam videmus stultos, insanos, garrulos, illos theologos, oristica cauillatione, litigandique consuetudine, adeo a sacris ac bonis excidisse moribus, ut omnium hominum sint sceleratissimi ac facinorosissimi ad cuncta tam publica quam priuata, munia inepti. Primo moralium moralibus, gentiliu imbuantur studiis, deinde Christiane religionis vera & pia amplectantur precepta, Ita. n. pro superbis & contentiosis humiles, pro voluptariis continentis, pro auaris liberales, pro inuidis humani, & demum per viciosos viri optimi euadent.

Quod si omnino quis Dialecticam in theologia confundendam esse dignam ducit, ut eo pacto hereticorum resisti valeat discipulis. Christianus vero orbis a reliquis depuratus sit erroribus. Ad Boemos ille delegetur hereticos, ut vel illos ad viam veritatis conuertat, vel cum id (ut credere licet) minus prestare queat, saltem presumptionis garrulitatis & stultitiae suae poenas, capite proprio luat.

Proinde cum nulla alia sit causa, cur qui falso theologicum usurpent nomen, dialectice, hoc est simulatorie & hypocritice viuant, aliud dicant, aliud faciant, quam quia omnem gratiam & operam in verborum inaniu spuma ac dialecticis consumptione deceptionibus. Illa vero explosa vel saltem salubrioribus institutis refrenata, ad veram vel legitimam theologia denuo redire

incipient Christi dei nostri precepta absolutius observabunt,
diligentius antiquorum Theologorum libros euoluent, & quod in
illis legendo reperient, operibus quoque complere & proximis im-
partiri nitentur.

Ceterum cum nisi sublata causa effectus minime tolli queat, &
philosophastri illi, seu deprauati sophiste, omnium vitiorum scateant
illuuiis, maximeque ideo vitiose viuunt, quam vitiose philosophen-
tur, & quae in caelo sunt se speculari existiment, cum propter torpo-
rem & ingenij tarditatem, nec quae ante pedes sunt videre queant,
illis imprimis Thomae ac Scoti adimantur codices, quod longe
utilius & conducibilis quam si Iudeis Thalmatici auferantur libri.

FIAT VT PETITVR.

DECRETVM, S. D. N. PAPAE SVPER SVP-
plicatione PASQ VILLI lecta ac publicata
per D. Ep̄m Sutrien̄.

Sanctissimas. D. N. Papae, maturo habito concilio ad vniuersum
christianum orbem legatos, viros scilicet, doctissimos mittere
decreuit, qui diligenti indagine perquirant & examinent eos,
qui se theologico nomine dignos esse censeant, quos si tantum ver-
bis, quam operibus legitime philosophari euangelice veritati sedulo
inherere, Pauline ac priscorum theologorum doctrine operam im-
pendere inuenerint, eos precibus extollant, muneribusque hono-
rent, ac ut foeliciter pergant, & successoribus per manus recte
viuendi & docendi normam tradent, exhortentur. Quos vero
non re, sed verbis tantum inanibus digladiari, Euangelicam autem
& priscam theologiae sophisticam garrulitate & corrupta dialectica
corrumpere, moribus vero contra ac ipsi precipiant pessime viuere,
linguam denique latinam penitus ignorare, reperient, eos comina-
tionibus deterreant competentibus, quo minus improbis & flagi-
tiosis moribus, cum crassa & supina sua ignorantia sacratissimum
theologiae nomen deinceps inquinare audeant, perpetuum garru-
litas ac vanitatis suae imponant silentium. Quae si in pertinacia
sua solita instar perfidorum Iudeorum perseuerare dignum duxerint,
& temerario nisu monita ac mandata tam iusta ac pia negligere
ausi fuerint, post debitam poenarum exactioem, simulatum illis &
hypocriticum detrahant ornamentum, ut palam liqueat, sub leonina
pelle minime theologum, sed plane tam diu asinum delituisse.

FLE TE IGITVR THEOLOGASTRI, NAM
ignorantia vestra ac peruersi mores palam
sient, ac manifestabuntur.

PVBLIVS Schnarregallus MAIRONIS Imperatoris
Summi Pontificis Cancellarius, Reuerendo Fratri
P. Augustino Alueldiano Franciscano, regu-
laris obseruantię. S. Crucis, sacri Bibliorū
Canonis, miseratione diuina, & autho-
ritate Aplica Lectori, & i summis
festiuitatib⁹ viceguardiano, ha-
bit⁹ Cardinalitatis. S. Hie-
ronymi defensori
imperterrito,
& in

Cena dñi Oratori de Synaxi, Romanistę romanissimo
bonam mentem & duodecim Chiliades
talentorum hellebori

exoptat.

Miraberis fortasse Alueldialissime Alueldi, cur syngrapha
tibi Imperator summus Pontifex non rescripserit, qua iā pri-
dem. S. Michaelis literas esse scriptas, tuę farine fraterculis per-
suasissimū est, quas deniq; pro amuleto collo suspensas cōtra
Martinianistas, non admodū efficax habuisti p̄sidiū. Desines
tū mirari si causam cur factū sit penitius cognoris. Primum
itaq; scias, postq; Imperator summus Pontifex humi prostrati
latriam & tractatū accepisset, decretū erat tuę alueldialitati aureis
esse rescribendū literis, nihil em̄ apud nostros nisi aureis cuiq;
rescribit literis, Id vbi nescio quis Coryceus ad diuū Franciscū
detulisset, subito educto cauit atq; cū Imperatori summo Pō-
tifici, tū om̄ibus interminatus est Cardinalibus, Archiep̄is, E-
piscopis, Abbatibus, Prepositis, Archidiaconis, decanis, ple-
banis, vicarijs, & Mensonarijs, & vniuersis & singulis Notarijs
siue rote, siue toti⁹ currus, ne cuiq; esset integrū tibi aureis rescri-
bere literis, aiebat em̄ nephas esse Franciscano siue patri siue fr̄i,
Nouiciano vel lollardo aurū attractare, nil obstāte bulla, quā
Teczelius predicatorū semideus nuper Romę om̄ib. mendic-
antibus impetrarit, qua in posterū licet non aurū tantū, verū
etiā om̄e foemininū genus, siue primę, secūde, tercię, quarte v̄
quinte declinationis quoquō modo habuerit, etiā in scamno
neutrius generis attractare. Quo audito Imperator summus
Pōtifex provinciā rescribēdi tuę Alueldialitati mihi delegauit,
atq; plenariā potestatem tanq; Legato a latere, vel etiā a capite
cōmisit. Ego aut quū in celis atramentū nō haberem, nec auro
tibi rescribere fas esset in Paradisum deuoio. vbi forte fortuna
Enoch dormientem reperi, cui atramentū suffuratus, tandem

hec tuę Aluel; rescripsimus, Recordare Alueli quid tibi & omibus Romanistis acciderit, & respice opprobriū tuū. Vide quō sponsam Christi, ecclesiam sanctorū, omibus abominacionibus & confusione induistis, Sedem Apostolicā in oīm turpitudinū effrontissimis adulationibus plane pythagorica trāsanimatione trāfiguratis, perinde vt ille ex Homero Alcen meretricē, sic vos ex Christi spōsa scortū apocalypticū fecistis. Ve vobis, qui in simpl. cissimū sacri Euangelij prescriptū hominū traditiones, decreta, distinctiones, Aristotelicas Chimeras, Thomisticas cucurbitas, Schotisticas tenebras, Occisticas ollas, quadriangularis & eius massę millę alia portēta introducitis, & veluti proci Penelopes, & nebulones turpissimi, Christianā veritatē, summi regis sponsam pollutis. Ve vobis falsarijs, perfidis, qui diuinas sacre scripturę literas constitutionibus Iuristarū, & somnijs Monachorū adulteratis, facientes mōstra inusitata ad extremas Aluelidianorū insulas deportanda. Ve vobis, qui nuper nescio ex quo angulo, atq; Belial conciliabulo mirabilem antichristianismū per exempla Reuerendi fratris Dormisecure, doctoris Ioannis Diudormirij, D. Augustini queretrunkerij vulgo inculcatis. O dñe Alueli respice, quo pacto vestro auxilio Romani obscurauerūt aurum in germania, & istac vbi prius vix vni homini per alpes via patuit, integros Germanię montes Romani transtulerunt, pro quib⁹ omibus callidissimi mercatores reliquerūt nobis quinquaginta milia plaustra indulgentiarū, bullas, breuia, indulta, instrumēta, & multa similia, Vide quā dispersi erāt per vniuersam Europā ad emūgendos pauperū sudores, Romanensium Curtisani, stabularij, muliōes, agasones, siluestreses, Eccienses, Caietaniani, Capricorni, atq; id genus crabronū, Quorū causam tu egregie tueris, mihi tñ nolim talē patronū, si vel de lana caprina res ageret. O nūc foelicia tpa, quib⁹ veritas dñi eluxit, etiā si quasi vrsus in cathena vinētus ringeres, Sapiūt iā vobis oibus renitentib⁹ rustici, ciues, milites, comites, duces, principes, & reges agnoscūt & deprehēdūt, vras imposturas & offuscias, Agnosce tuā infœlicitatē in virga indignatiōis eius, Vide quā infœliciter cū pediculis domi certaueris, & q̄ mari malo filius tenebrarū i lucē pdieris, Viuit em̄ veritas, tu autē permanebis per oīa secula seculorū Aluelialissimus Alueli⁹, & vra Sedes Aplīca nunc & semper ficulnea materies, Quare nisi in perpetuū tui oblitus es, iam agnitę veritati cede, nec in longitudine dierum insani. Erubescē simul cum tuo Euangelio

ex cloaca Monachorū ascito, abijce frontē meretricis, & vt tibi
tuam dementiā Christus ignoscat, hanc cantilenam post octo
versus S. Bernhaldi pro collecta, vel ad rauim vsq; cane.
Miserere mei deus, qm̄ conculcauit me homo, & factus sum
sicut asinus & mulus in quibus non est intellectus, Erraui sicut
bos qui perijt, & frons meretricis facta ē mihi, quoniā iniqui-
tates meę supergressę sunt cucullū meū, & sicut onus graue gra-
uate sunt super me. Putruerunt & corrupęe sunt romanitates
meę, a facie veritatis, Hęc habui mi Alueldi, quę ī rem tuā visa
sunt atinere, si aliquid aliqd̄ ī mādatis ab Imperatore summo
pontifici habuero, quod tuam Aluelditatem attigerit, nihil te
celabo, Sed illud pene excidisset, Miramur multa in tuis tracta-
tibus inueniri Gręca, hebraica, Noueniatia, Apuleianica, vul-
canica, Kelberfarcatica, plura Romanica, multa itē tua .i. Al-
ueldica, nihil tñ christianū, Quare in posterū prudentius rem
tuam age cū tuis latrīs & tractatibus, atq; tuū illū correctorē
Magisterculum Nouenianiscū, & asinariū Apulei premone, ne
tam absurde grecolatina, & hebraicogreca tuis illis tractatib⁹
immisceāt. Tu em̄ tanq̄ simplex frater, ex instituto ordinis tui
latina nō admodū calles, taceo gręce & Hebraice, vnde omnia
quę tuis latrīs & tractatibus intrudūt, pro te esse credis, quum
omnibus modis in Martini partes abeant. Quorsum em̄ attis-
net sacratissimū nomen IESVS tuis romāitatib⁹ prescribere,
cū Franciscani, Romanenses, & Eccianisitis, non christiani ē
Sed de his latius paulo post. Vale interim Alueldialiter ex Pa-
radiso, secūdo Anno postq̄ tu ex insano factus es stultissimus.

C Malagma optimū recens editum per
solennissimos viros aromatarium quendam
nouū, & dñm Rubeū Cacellamieq;
factionis consultores, cōtra nouū
morbū, quē inflaturā Martiniane ve-
ritatis appellant, eiusdem & adhuc
rentibus maxime inuis-
sum.

R. 35 63. lb. Rudissime superbię, idest, 9. Closter vol Prediger
monich, loco lignorū aridorū, ex quibus conficiatur
magna strues, seu (vt velis) craticula.


Item 1758. lb. Perfidissime hypocrisis, idest, 6. Closter vol par-
fusser bruder, loco straminū, quibus facta strues, pulcre
singulis etiā rimis suffulciatur.


Tandem ponderis siue numero, vel quantum sufficere videris
excęcatę auaritię, hoc est, so vil du haben kanst geicziger
gelt secke, vngelarter, Neidischer pfaffen, quibus loco
puluerū & sulphuris vti poteris ad prefatam struem.


Confecta strue superponas om̄s Martini tractatulos & scripta.
aut Martinū ipsum (si vales) submitte ignem in magna
copia, & sedabitur huiusmodi inflatura, decrescetq; pau-
latim morbi tumor.

Vbi vero citius curare velis, Subñcias ad prefatam struem,
rusticane simplicitatis sanguisugas, idest, Officiales, Co-
pñstas, Notarios, & id genus subtilissime gētis, executo-
res scz, Anathematū ac maris magni piscatores, & cla-
rius strues illuminabitur, exardescetq;.

PROBATVM EST.










AB 153959


ULB Halle 3
003 006 026



446







*Haller v. Baurer,
Kard. de Urb. y. P. H.
p. 305*

¶ PASQ VILLVS MARRANVS EXVL
LECTORI SALVTEM.

¶ Vidisti sepiuscule lector labores nostros, quibz
hactenus contra corruptos nostri æui mores
sudanimus, Nūc cognosce quid in novos
illos Theologistas adulatores, ausi
fuimus. Quidue Marforio nro
auspice obtinuerimus a Pont.
Ro. versa pagella que
sunt offens
det.

TV LEGE ET PROBABIS.

